

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Directorium Constantiense

Marisburgo, 1612

In praesenti directorio [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-133086](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-133086)

IN PRAESENTI DI-
RECTORIO SEQVEN-
TIA CONTINENTVR.

1. *In primis continetur tabula temporaria ad inueniendam cuiusvis anni Regulam, ab anno 1612. vsq. ad annum 1712. inclusiue.*
2. *Deinde sequitur tabella computi perpetua ad inueniendam cuiusvis anni Regulam, cum ipsius tabella declaratione.*
3. *Sequitur postmodum Calendarium Romano Constantiense, secundum quod hoc Directorium est ordinatum.*
4. *Succedunt huic septem Regulae, quibus declaratur, quomodo dicenda sint Horae Canonicae à Vesperis Sabbathi ante Dominicam primam Aduentus, vsq. ad Octauam Epiphaniae, vel diem 12. Ianuarii inclusiue. fol. 1.*
5. *Postea ponuntur sex & triginta Regulae, declarantes modum recitandi horas à die 14. Ianuarii Octauam Epiphaniae proximè sequenti inclusiue, vsq. ad Vesperas Sabbathi ante Dominicam primam Aduentus exclusiue fol. 31.*
6. *In fine habentur septem Regulae continentes modum dicendarum horarum in Choro tantum Cathedralis Ecclesiae per totam Octauam Dedicatio- nis eiusdem. fol. 825.*

In utroque demum Regulis, tam per Auentum, quam per annum sequentia reperientur contenta. Quotidie namq; dicitur an officium fieri debeat de Feria, Vigilia, Dominica, an de festo duplici, semiduplici, simplici vel de s. Maria in Sabbatho. Item de quo fieri debeant Vespera, ubi notandum si non ponantur Vespera vel dicatur in vesperis, tunc Vespera sient de eo, de quo manè factum fuerit officium.

Item in Laudibus & Vesperis notantur omnes commemorationes occurrentes, eo ordine quo sumi debent, prater Suffragia solita de Cruce & Sanctis, qua tunc tantum signantur, quo tempore sumi vel omitti debeant. Quod si vero in aliqua commemoratione, Antiphona & Versiculi consueti sumi non possint adduntur sumendi.

Cum festa quaedam simplicia aliquoties omnino omittantur, ut nec commemoratio de iis fiat, ideo quando hoc acciderit, annotatum suis locis reperitur. Quod idem sit de Dominica secunda Novembris si omittatur.

Signantur etiam omnes Antiphona Vespertina in Sabbathis totius anni, & in feriali officio à Dominica Septuagesime usq; ad Feriam quartam Cinerum.

Item notatur, quando sumenda sit nona Lectio de Festo, Feria, Vigilia vel Dominica vel quando omittatur.

Item, quando varientur Lectiones vel Responso-
ria in officio de tempore propter Lectiones vel Respon-
soria primo ponenda.

Item, quando varientur Responso-
ria de Sanctis.

Similiter notatur, quando dici debeant preces fe-
riales flexis genibus, & quando vespera debeant di-
ci ante prandium.

Item quando mutantur Antiphona de B. Maria
post Matutinum & Completorium dici solita.

Annotantur etiam omnia Ieiunia per annum,
atq. adeo omnes Vigiliae cum vel sine Ieiunio, sine de
iis fiat officium siue non fiat.

Item notatum habetur quando dici debeat offi-
cium Defunctorum Psalmi Graduales vel Peniten-
tiales aut Litaniae, & quando secundum Rubricas
fiant processiones, consuetudine cuiusq. loci salua.

Similiter pro commoditate Parochorum & alio-
rum curam animarum habentium notatur, quando
aperiantur, id est, permittantur, & claudantur,
hoc est, prohibeantur nuptiarum solennizationes.

Quamuis autem in hoc Directorio de Missa cele-
bratione mentio nulla fiat, cum regulariter Missa
debeat concordare cum officio diei, quia tamen in Sab-
bathis Aduentus Festo duplici seu semiduplici, Vigi-
lia aut Quatuor temporib. non impeditis dicenda est
Missa de B. Maria, cum comemoratione aduentus, &
in Vigiliis infra Octauas incidentibus de Vigilia cum
commemoratione Octaua, licet de Feria vel Octaua

recitatum fuerit officium. idè tales Missæ ab officio discrepantes in presenti Directorio etiam sunt annotatæ.

Item quando sacri Clericorum ordines conferantur, ubi sciendum, quod collatio ordinum Maiorum, Sabbatko, uti notatur, collatio verò ordinum minorum feria sexta proxime præcedente celebretur.

Demum notantur colores in Ecclesia pro tempore requisiti, ita tamen, ut non quotidie, sed tum demum color ponatur, cum illum mutari contingat, sic ut colore semel posito, donec alius ponatur, uti debeamus. Vbi notandum, quod si color ponatur vel in officio matutinali, vel statim post illud, antè tamen Vesperas, ille color positus in Matutino, sin verò post Vesperas, in Vesperis assumendus, & donec alius ponatur, retinendus sit.

TABVLA TEMPORARIA
PRO DIRECTORIO SEQV-
ENTI PERPETVO, AB ANNO 1612.

vsque ad Annum 1712. inclusiue seruiens. In Anno

Bisextili ponuntur duæ Regulæ cum prima recitandum est, à die 14. Ianuarij, vsq; ad diem

23. Februarij, cum secunda à die

24. Februarij, vsque ad
Aduentum.

Anni